



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

[Tractatus de attributis, de visione beatifica, de scientia Dei ac de ejus voluntate et providentia]

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

Art. VI. De immutabilitate Dei

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77132](#)

est, & intima, nec habet pro ratione formalis contactum immensitatis, licet illum presupponat: ita & unio Dei cum anima justi, per charitatem & gratiam. Denique, sicut si per impossibile Deus non esset in Beatis, illis tribus modis generalibus, quibus est in omnibus rebus: unio tamen per modum speciei, ad quam lumen gloriae disponit, sufficeret ut diceretur illis praesens secundum suam substantiam & essentiam; ita si per impossibile non esset in iustis per suam immensitatem, per gratiam tamen & charitatem fieret illis substancialiter praesens.

**130** Objicies primò cum Vazquez: D. Thomas hic art. 3, explicans unionem Dei cum anima, que sit per gratiam, docet quod Deus unitur anima, & adest illi, ut amatum in amante: Sed haec unio est solum objectiva, & secundum affectum, non autem realis, & secundum substantiam: Ergo &c. Respondeo quod quando S. Thomas dicit, quod Deus per gratiam unitur anima, & adest illi, ut amatum in amante, non est intelligendum de sola unione formalis, in qua consistit amor, & quae est solum objectiva, & secundum affectum; sed de unione ad quam tendit, & quam efficit, si sic potens & efficax; quae non est solum secundum affectum, sed etiam secundum realem presentiam amati cum amante, ut ante expostimus.

**131** Objicies secundò: In iustificatione hominis Deus non alio modo intelligitur esse in anima, quam ut infundens gratiam: Sed hic modus praesentia pertinet ad generalem existentiam Dei in rebus; illa enim (ut supra ostendimus) fundatur in operatione Dei virtualiter transeunte: Ergo Deus non est aliquo modo speciali praesens in anima justi, per gratiam & charitatem.

Respondeo negando Majorem: id enim in iustificatione hominis, Deus sit in anima per modum agentis & infundens gratiam, quimodus pertinet ad operationem Dei virtualiter transiunt: haec tamen praesentia praesupposita, mediantebus donis gratiae in anima receptis, nascitur nova habitudo illius ad Deum, ut possessorum, & praesentem, & resultat in ea modus quidam specialis unionis & praesentiae, ratione cuius sanctissima Trinitas dicitur venire ad nos, & mitti, vel dari Spiritus Sanctus, ut antea declaravimus. Nec talis praesentia Dei ut possessorum, est solum affectiva, & intentionalis, sed etiam realis & physica: quatenus ipse Deus personaliter datur, aut mititur, ut inhabitet, & sit praesens in anima, non solum per modum agentis, sed etiam per modum amici convivientis ipsi anima, per modum sponsi ab ipsa possessorum; & per modum summi boni in quo habet ius, & quo fruatur imperfectione hic in via, & consummatum in patria, ubi erit specialis unionis divinae essentiae in ratione speciei. Unde Augustinus: Deus est in mundo sicut auctor & rex, in anima sicut sponsus in thalamo, in beatis sicut splendor, in iustis adiutor & protector, & in reprobis sicut pavor & horror.

**D**ij. 13.  
art. 2.  
G. S.  
**E**ib. 2.  
Moral.  
cap. 2.

De hac mirabili & insabili praesentia, & unione Dei cum anima justi, plura dicemus in Tractatu de Trinitate, quando agemus de missione Divinarum Personarum. Interim placet totam hanc de immensitate Dei disputationem elegantissimis magni Gregorii verbis concludere. Ipse manet intra omnia, & extra omnia: ipse supra omnia, & infra omnia: superior per potentiam, inferior per sustentationem, exterior per magnitudinem, interior per subtilitatem, sursum regens, deorsum continens, extra circumdans, interius penetrans;

A nec aliâ parte superior, aliâ inferior, aut aliâ parte exterior, aliâ interior; sed unus, & idem totus, ubique praesidendo sustinens; & sustinendo praesidens, circumdando penetrans, penetrando circumdans &c.

Similia habet Iudorus libro 1. de summo bono cap. 2. ubi divinae immensitatis characteres sic describit: immensitas divinae magnitudinis ita est, ut intelligamus eum int̄ḡa omnia, sed non inclusum; & extra omnia, sed non exclusum; & ideo interiore, ut omnia continet; ideo exterior, ut incircumscribat & magnitudinem sue maiestatis omnia concludat. Per id ergo quod est exterior, ostenditur esse creator: per id quod interior, gubernare omnia demonstratur.

## ARTICULUS VI.

De immutabilitate Dei.

Ad questionem 9. Divi Thomae.

**D**uo circa immutabilitatem Dei agit D. Thomas quæst. 9. primum demonstrat Deum esse omni modo immutabilem, secundo ostendit omnem creaturam esse mutabilem, vel quantum ad esse, vel quantum ad aliqua accidentia, quæ etiam sequenti breviter exponenda, & demonstranda sunt.

§. Unicus.

Demonstratur Deum esse omnino immutabilem, &amp; omnem creaturam mutationi obnoxiam.

**D**ico primò: Deum esse omnino immutabilis. 132

Conclusio est certa de fide, & colligitur ex variis Scripturae, & SS. Patrum testimoniosis, quæ infra referimus. Ratio etiam naturalis illam demonstrat. Prima quam adducit D. Thomas hic art. 1. & quæ est virtualiter triplex, sumitur ex tribus attributis, quæ sunt propria fundamenta divinae immutabilitatis: scilicet à ratione actus puri, simplicitate Dei, & ejus infinitate, quæ removent tres conditions, quæ essentialiter requiruntur, vel factum aliquum illarum, ad veram mutationem: ad illam enim requiritur primò potentialitas, seu privatio & carentia alicujus formæ, quæ se habeat ut terminus à quo: secundò requiritur subiectum mutabile, & susceptivum diversarum formarum: Tertiò necessarius est terminus ad quem, seu forma de novo producta, & tali subiecto adveniens. Sic ergo D. Thomas tribus rationibus probat omnitudinem immutabilitatem Dei. Primum quia est actus purus, subindeque caret privatione formæ, quæ se tenet ex parte termini à quo. Secundò quia est simplicissimus, ac proinde subiectum incapax motus: illud enim debet de necessitate compositionem admittere, cùm debeat in se recipere aliquam formam quam antea non habebat. Tertiò quia est simpliciter infinitus, & omnes in se continent, atque ira nihil potest illi advenire de novo, nec moveri ad aliquem terminum, seu ad aliquam formam, aut perfectionem quam antea non haberet.

Secunda ratio sumitur ex eo quod Deus est primum movens simpliciter: Nam cùm omnis motus procedat ab aliquo immobili, quod non movetur secundum illam speciem motus, sicut videm quod alterationes, generationes, & corruptio-

ruptiones quæ sunt in rebus inferioribus, reducuntur sicut in primum movens, in corpus celeste, quod secundum hanc speciem motus non mouetur, cum sit inalterabile, ingenerabile, & incorruptibile, oportet quod primum movens simpliciter, in quod omnes motus tam corporales, quam spirituales creaturarum per se primò reducuntur, sit omnino immobile, & omnis mutationis expers. Unde Aristoteles libro 1. de cœlo cap. 9. lect. 21. apud D. Thomam, refert inter Enchiridion Philosophismata: id est inter communia veterum Philosopherum dogmata, hoc fusile precipitum: *Primum principium esse intransfusibile.*

BTertia ratio petitur ex eo quod Deus est sua beatitudine, nec indiget extra se querere aliquid in quo beatificetur. Videmus enim quod quælibet res ubi pervenit ad centrum, statim quietescit, & tranquillat manet, nec amplius motu agatur, ut constat in igne, lapide, & aliis rebus inanimatis: unde si Deus sit essentia litera sua beatitudine, si inveniatur veluti centrum, nec indiget extra se querere aliquid in quo beatificetur, & quietescat, erit omnino immutabilis.

CQuarta ratio desumitur ex summa Dei immaterialitate: Nam quæ naturæ sunt abstractiores à materia, ejusque conditionibus, eo minus subiecti sunt mutabilitati: natura enim angelica non patitur tot mutationes, quæ humana, quia magis recedit à materia; ipsique Angeli quod perfectiores sunt, & à materia potentialitate imagis recedentes, eo per pauciores & universaliores species intelligentes & consequenter minus multiplicant suos motus & actiones: Ergo cum Deus sit in supremo gradu immaterialitas & actualiter mutabilis est. Unde egregie Seneca: *Fluit haec, & assida diminutione atque adiectione sunt.*

DDenique eadem veritas inductione demonstrari potest. Quinque enim solum genera mutationum sibi possunt Deo contingere. Prima est quoad existentiam, si scilicet posset de novo oriiri, aut interire. Secunda, quod situm, si ex uno loco posset commigrare in alium. Tertia per receptionem aliquius formæ quam de novo recipere, vel per amissionem alius quam desperdere. Quarta quoad cognitionem, si inciperet scire quæ nesciebat, vel nescire quæ sciebat. Quinta quoad voluntatem, si velle inciperet quod prius non volebat, vel nolle quod volebat. Has autem omnes mutationes à Deo removet Scriptura. De prima enim dicitur Psal. 101. *Tamen idem ipse es, & anni tuoi non deficis.* De secunda Jerem. 23. *Cælum & terram ego impleo.* De tertiâ Jacobi 1. *Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudina umbrario:* quæ verba ponderans D. Gregorius libro 12. moral. cap. 17. addit: *Ipsa enim mutabilitas umbra est, que quasi Dei obscuraret lacum, si hanc per aliquas vicissitudines permutteret: sed quia in Deo mutabilitas non venit, nulla eius lumen umbra vicissitudina intercidit.* De quarta dicitur Ezech. 39. *Opera omnis carnis coram illo, & non est quidquam absconditum ab oculis eius: A seculo & usque in seculum respicit, & nihil est mirabile in conspectu eius.* Quidam verbis Scriptura testatur, Deum immutabiliter omnia cognoscere, sed quod divina scientia in illo indubitate & infinito exterritatis sua nunc omnia sic teneat praesentia, ut nec ei fugere possint in praeteritum, nec de novo in futurum advenire, ut in Tractatu de scientia Dei, quando agemus de praesencia futurorum contingentium in exter-

nitate, latius exponemus. Denique de ultimo genere mutationis dicitur Numer. 23. Non est Deus quasi homo, ut mutetur, scilicet in consiliis suis. Et 1. Regum 15. Porro triumphator in Israhel non parcer, & penitidine non flectetur: neque enim homo est, ut agat penitendum.

135Ad hoc attributum referri possunt hæc elegantissima Augustini verba libro 1. Confess. cap. 4. *Immutabilis mutans omnia: nunquam uetus, nunquam vetus; innovans omnia, & in vetustatem deducens superbos, & nesciunt. Semper agens, semper quietus; colligens, & non egens; portans, & implens, & protegens: creans, & nuriens, & perficiens. Quæcumq; nihil desit tibi; amas, nec astias; zelas, & securus es: punit te, & non doles; irascis, & tranquillus es: opera mutas, nec mutas confilium: recipis quod inuenis, & nunquam amitis; nunquam inops, & gaudes lucris: nunquam avarus, & usuras exigis; redditus debita; nudi debens; donas debita, nihil perdens.*

136Dico secundò: omnem creaturam esse aliquo modo mutabilem, ac proinde perfectam immutabilitatem, solo Deo competere. Ita D. Thomas hic art. 2.

EColligitur etiam ex fundamentis jam statutis: sicut enim in Deo triplex datur fundatum immutabilitatis, scilicet ratio actus puri, simplicitas & infinitus: ita & in quolibet ente crebro, triplex est radix mutabilitatis. Prima, quia est ex non ente, & ad non ens continuo fluxu tendit. Secunda, quia est composta, vel ex materia & forma, vel ex subiecto & accidente, vel ex essentia & existentia. Tertia, quia finita est & imperfecta, cui semper aliquid potest vel addi vel auferri: Ergo omnis creatura essentia litera mutabilis est. Unde egregie Seneca: *Fluit haec, & assida diminutione atque adiectione sunt.*

FNemo nostrum idem est in senectute, qui fuit iuvenis. Nemo est mane, qui fuit pridie. Corpora nostra rapiuntur, fluminum more. Quicquid vides, currit cum tempore. Nihil ex istis que videmus manet. Ego ipse dum loquor mutari ipsa mutatus sum. Et Tertullianus libro de pallio cap. 2. *Torram veriforme est: dies & nox invicem vertunt; sol stationibus annuis, luna modulationibus mensis variant, syderum distincta confusio, interdum deicit quod interdum resusat. Cæli ambitus quæ sub uno splendidus, nunc nubilo sordidas &c. Mari fides infamis, dum & fluctu temperatam, & exemplo de decumanis inquietat. Terram autem se recensas temporum vestire ansiunt, prope si eandem negare, memor viridem cum conspicua lavam, mos visurus & canam. Mutant & bestia pro ueste formam, nam & pavo pluma uesti, & quidam de cataclisis, immo omni conchilio depresso qua colla florent, & omni patagio maiorior, qua terga fulgent, & omni syrmade solutor, qua cauda jacent: multicolor, discolor & versicolor: nunquam ipse, sed semper alia, et si semper ipsa, quando alia; toties denique mutanda, quoties monenda.*

138Sed homo præ ceteris creaturis mutationem obnoxius est: Quotidie (ait Zeno Veronensis) Serm. 11. da mobilitatibus gaudet, varietatibus studet, miserum patienter se putat, si ipse sit. Totus denique (ut lepidè addit Georgius Venetus) sphæricus & volubilis est; & cum mutabilis sit ex natura, longe mutabilior ex peccato emittitur. Facilius enim (subdit Bernardus) atomos mundi posse dinumerare, Libro de interiori quam motus cordis mei: velocitas animalium & volatilium, ris domi

tilium, meis motibus equiparari non potest. Desideriorum meorum non est modus; nunc illa, nunc ista cogito & desidero: undeque patet mihi facilis transitus, agilis discursus, de summis ad ima, & de imis ad summa. Digne explicare non possum, quot alternationis modos momentaneis perturbationibus induo, & quam multipliciter me alternantium vicib[us] iudicium motibus variare consuevi. Modo me in fiduciam erigo, modo in dissidentiam cedo: nunc per constantiam f[er]or, nunc subitaneo terrore concutior: modo me turbat ira, modo ingens furor exagitat, &c.

## ARTICULUS VII.

De aeternitate Dei.

Ad questionem 10. Divi Thome.

**C**onstat ex suprà dictis, Deum esse aeternum, & aeternitatem illi soli propriè competere: duplex enim est divina aeternitas radix. Prima, divini esse plenitudo, seu ratio entis per ellenitiam: quia nihil potest esse à semetipso & totam effendi plenitudinem in se continere, nisi sit ab aeterno, ut egregius demonstrat Anselmus in profol. cap. 22. ubi alloquens Deum, sic ait: Tu vero es quod es, quia quidquid aliquando, aut nō es, hoc totus, & semper es. Et tu es qui proprie & simpliciter es, quia nec habes suisse, aut futurum esse, sed tantum præsentis esse, nec potes cogitari aliquando non esse. Quod etiam eleganter proficitur Tertullianus libro 1. contra Marcionem, his verbis: Deus si est vetus, non erit; si est novus, non fuit; novitas initium testificatur, veritas enim cominatur: Deus autem tam alienus est ab initio, & sine, quam a tempore arbitrio, & metatore initio & finis.

**S**econda aeternitatis radix est summa divini esse immutabilitas: sicut enim tempus, motum; ita aeternitas, perfectam immutabilitatem consequitur. Unde Fulgentius de fide ad Petrum cap. 7. Firmatene, & nullatenus dubites, Deum sicut immutabilem, ita solum vere aeternum esse.

**S**ecundum. Idem declaratur in visione Danielis. Ascriebam (inquit) donec thronip sit sunt, & antiquis dirum sedit &c. Ubi tria ponderanda sunt, quibus summi numinis aeternitas designatur. Primum est, quod Deus, Antiquus dierum, à Daniele appellatur: sic enim nuncupatur (inquit Dionysius) eo quod omnium sit aeternitas, & tempus: quodque dies eius aeternitatem, atque omne tempus antecesserit; quidque aeternitas, & dierum sit auctor, mutetque opportunitates, & tempora. Secundum est, quod ei paratur thronus: nam thronus, ratione firmatus, divini esse immutabilitatem designat, quæ aeternitatis est radix. Tertium est, quod Propheta Ezechiel testatur se vidisse hunc thronum, non in firmamento, vel sub firmamento, sed super firmamentum, ex cuius uniformi motu omne tempus originem habet: ut significaret, Deum ratione sua aeternitatis esse supra omnia tempora, ipsumque (ut loquitur Dionysius loco citato) esse omnium ævum, & tempus; ante dies, ante ævum, ante tempus. **S**erm. Unde Bernardus Dei naturam, ejusque aeternitatem describens, dicit: Tempora sub e transiunt, non ei: futura non expectat, præterita non recognoscit, præsenta non experitur. Hoc ergo præsupposito, tanquam de fide certo, exponenda est definitio aeternitatis à Boëtio tradita, & quedam

A difficultates, quæ circa illam occurserunt, breviter discussiæ sunt.

§. I.

Explicatur definitio aeternitatis à Boëtio tradita.

**D**ico primò. Aeternitas rectè definitur à Roë<sup>141</sup> tio: interminabilis vita simul, & perfecta possessio. Ita D. Thomas hic art. 1.

Explicatur hæc definitio. Dicitur primò aeternitas, possessio, ad designandam ejus immutabilitatem, stabilitatem, & indefficientiam: illud enim dicimus possidere, quod firmiter, & quietè habemus, & à quo nullo modo dimoveri possimus, ut ait S. Doctor loco citato in resp. ad 5.

Secundò dicitur, tota simul, ut per hoc à tempore distinguantur, cuius essentia tota simul non est, sed per successionem, & per partes acquiritur, ut ibidem docet idem S. Thomas in resp. ad 4. & in 1. sent. dist. 8. quæst. 2. art. 1. ad 4. ubi dicit, quod per istas duas particulas, duplex imperfectio, quæ est in tempore, ab aeternitate excluditur: imperfectio scilicet divisionis, quæ excluditur per istam particulam, tota; & imperfectio successionis, quæ per particulam simul tollitur. Unde aeternitas consistit in unico nunc indivisiibili, quod nunquam est crastinum, nunquam hesternum, nunquam præteritum, nunquam futurum, sed semper hodiernum, semper nunc in quo Deus omnia cognoscit; tam futura, quam præterita, & præsenta, ut docet Augustinus in Psal. 2. explicans illud. Ego hodie genui te, ubi per hodie intelligit aeternitatem, in qua (inquit) nec præteritum quidquam est, quasi esse deficit, nec futurum, quasi nondum sit. Unde egregie Petrus Damiani epist. 4. cap. 8. Omnia que apud nos elabendo discurrunt, & per temporum vicissitudines se variant, apud illud hodie (aeternitatis) sunt, & immobiliter perseverant. In illo hodie dies ille adhuc immobilit est, in quo mundus iste sumpsi exordium: in illo iam & ille nihilominus est, in quo iudicandus est, per aeterni iudicii aquitatem.

Tertiò dicitur, quod illa possessio vita est perfecta, ad exclusive dum nunc temporis (inquit D. Thomas hic art. 1. ad 1.) licet enim nunc temporis totum simul sit, ac partes non habeat, tamen absolute non est quid perfectum, nec in eo res aliqua perfecte possidetur.

Quartò dicitur quod aeternitas est possessio vite, potius quam esse: quia, ut ibidem dicit S. Doctor in resp. ad 2. esse non se extendit ad operationem, sicut vivere, quod non solum de operatione, sed etiam de esse prædicatur in viventibus: quia in viventibus vivere est esse, ut dicitur 3. de anima tex. 37. Vel secundò dicens possumus cum eodem in 1. sent. loco citato, ad 2. quod potius dixit Boëtius aeternitatem esse possessionem vite quam esse, quia in illo qui solus habet aeternitatem, esse & vivere sunt omnino idem, & illam sumimam actualitatem, que tanta est ut Deus suum esse & operari sibi identificet, per hoc voluit nobis indicare.

Tandem dicitur, quod aeternitas est possessio vite interminabilis, ad delignandum quod illa omni proflus termino careat, nec habeat, vel habere possit principium, aut finem. Unde circulo comparatur: tum quia figura circularis omnium perfectissima est: tum etiam, quia cum principiū fini conjungat, caret ipsa principio & fine.

de divi.  
woman.  
cap. 19.